

## Βέλγισσε!

Hora fugit, celerique ruens rapit impete nosque  
 Nostraque, care mihi Nates! properantibus alis  
 Eripuit sese, subitoque evanuit annus.

Cur igitur Nano quæret indulgere dolori,  
 Cur quæret immodico vitam consumere luctu,  
 Non solitus quoties rutilanti phœbus in æthra  
 Lucet, at obscuro cinæerunt æra nimbi?

Nil longum, quod habet metas. Fugientibus annis  
 Ecce dies æterna venit, qua clara sereno  
 Sua radians celo nulla unquam nube nigrescet. —

Quid jam principio renovati ferridus anni  
 pro te dona rogo aligerumque hominumque parentem?

Non brevia exopto fallacis gaudia mundi,  
 Nec rutilas auro pictisque tapetibus sedes,

Non hominum laudes, nomenque ad postera iturum  
 Secula, quamquam ibit, dudiusque per ora feretur

Belgica; Sed superi præstantia munera Regis

Opto: fidem, qua te adversus frendentis Aeterni

Monstra, velut clypei tutum sub tegmine sistat.



Spem quoque securam, casus solamen acerbi,  
Que rabidos inter ventos, serasque procellas  
Immotum teneat, velut ancora firma, phaselum.  
Addit divus Amor, qui castis dulciter urat  
Innocuum flammis pectus, longique molestos  
pro Christo cursus doceat tolerare labores:  
Uxatam donec celi directus ad oras  
Sedibus in patriis eterna pace fruaris!  
Sic tibi, sic tali digno, mi care, marito  
Uxori, sic et puero, qui floris amenum  
Mundi nomen habet, dulcis mihi flosculus inter  
Omnes, quos unquam Dadianus proferet hortus,  
Sic fides precor et teneris, matrigue patrique  
Que crescunt ambe gratissima cura, puellis.

Luas Cracco.

Cortraci 13 Januarii, 1846.





Monsieur,



Monsieur Vanduyse, près du Casino,

Gand.



115.50

8